

STEFANO NASCIMBENI

(1561c.-1621)

*Messa Paradis del Amours à 8 voci, 1612***5. Anima mea liquefacta est**

Giulio Cardì (1582-1622)

*Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est.
Quaesivi et non inveni illum; vocavi et non respondit mihi.
Adiuro vos, filiae Ierusalem, si inveneritis dilectum meum
ut nuntietis ei quia amore langueo.*

8. Quam pulchri sunt

Stefano Nascimbeni (1561c.-1621)

*Quam pulchri sunt gressus tui filia principis
collum tuum sicut turris eburnea
oculi tui divini et comae capitis tui sicut purpura regis;
quam pulchra es et quam decora carissima. Alleluja.*

12. Amo Christum

Lorenzo Sanci (1600c.-1650c.)

*Amo Christum in cuius thalamum introibo,
cuius mater virgo est, cujus pater feminam nescit,
cuius mihi organa modulatis vocibus cantant,
quem cum amavero casta sum
cum tetigero munda sum
cum accipero virgo sum
et ideo ipsi soli servo fidem
me tota divotione committo. Alleluja.*

13. *Nigra sum*

Francesco Dognazzi (1585c.-p. 1643)

*Nigra sum sed formosa filiae Jerusalem
sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.*

*Nolite me considerare quod fusca sim,
quia decoloravit me sol.*

*Introduxit me rex in cellam vinariam,
ordinavit in me caritatem;
fulcite me floribus
stipate me malis,
quia amore languedo.*

15. *Vulnerasti cor meum*

Francesco Rasi (1574-1621)

*Vulnerasti cor meum,
in uno oculorum tuorum,
in uno crine colli tui.*

*Quam pulchræ sunt mammæ tuæ, sponsa mea!
Surge, aquilo, veni, auster: perfla in hortum meum.*

16. *Quam pulchra es*

Federico Malgarini (sec. XVI-p. 1620)

*Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es!
Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet.
Capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad.
Dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascenderunt de lavacro;
omnes gemellis fetibus, et sterilis non est inter eos.
Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es!*

18. *Ingeniosus amor*
Stefano Nascimbeni (1561c.-1621)

*Amor formas se vertit in omnes:
ecce Deus, studij nescit habere modum,
allicit inde hominis species,
hinc allicit ignis, hinc aurae pellunt,
excitat inde sonus;
an cibus ut fiat cupido nunc restat amanti
est cibus omnino est ingeniosus Amor.*